



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

REGVLA CCLII.

EPISCOPVS aliquem excommunicatum in statutis suis, & absolutionem sibi non reseruauit, alter quam ipse vel inferior absolvere potest. Hanc regulam ponunt Ioan. Andreg. Imo. & Panormia. in cap. graue. in fine, de preben. per text. in cap. nuper. de sententia excom. vbi hoc tenet Henri. Bohic in vltima distinctione. & Abb. in quinto notab. Felin. colum. 2. versicu. nota text. optimum Panor. in cap. Pastoralis. in §. pretere. nu. 1. de offic. ordin. & ibi Felin. nume. 9. in 2. fallen. & in cap. prudentie. in §. si. nume. 19. in 1. fallen. de offic. delegat. Petrus de Palude in iij. sententiarum. distinctio. viij. que est. v. articu. 1. colum. 1. Ange. de Claua in summa. in verbo. absolutio. el. 1. in §. Syluester in summa in verbo. absolutio. el. 1. colum. vi. versicu. absolutio ab excommunicatione statutorum. Facit quod scribit Archid. in summa xvij. distinctio. in finalibus verbis, & ibi Gemina. & Preposi. dicens, quod a sententis latis per consilia provincialia possunt suffraganei absolvere, quod etiam tenet Collectarius in c. graue. nu. 12. de prebend. Et non solum absolvere possunt ipsi suffraganei, sed etiam sacerdotes sui. ita tenet Preposi. Alexan. per illum text. in cap. si quis autem. in 2. notab. xviii. distinctio. vbi ponit aliquos casus in quibus non procedit. Facit etiam pro hac conclusione text. in c. suffraganeis. de institutio. & ibi Panormi. in vltimo notab. notat Ioan. de Imol. in d. c. graue nume. 16. Ratio huius regulæ est quia statuta episcopi interpretantur secundum ius commune, vt tenet Abb. in c. causam que nume. 6. & ibi notab. Deci. num. 2. de rescript. post Bart. in l. ff. ad l. Falcid. idem Panor. in c. ex parte el. 3. nume. 3. de verbor. significatione. Sed ius commune disponit, quod quando conditor libi non reseruauit absolutionem, videtur aliis concedere. d. c. nuper. & sic eam interpretationem debent pati statuta episcopi, cum prelatum c. nuper. non distinguat. Hanc rationem assignat Dominicus de Sancto Gemin. in summa. xvij. distinctio. in fin. verbis.

Hanc regulam ampliat vno modo, & limitat sex modis Henric. Botheus in tracta. de synodo episcopi, artic. 5. in vnica conclusione, quam ibi facit, a nu. 1. vsque ad finem,

REGVLA CCLIII.

EPISCOPVS non potest apponere generale interdictum in sua diocesi contra subditos suos denegantes ei charitatum subsidium, dato quod possit eos excommunicare. Hanc regulam ponit Bartholo. de Belenc. in tractatu de charitativo subsidio. q. xv. nume. 1. pro quo est text. in Extravag. Bonifacii octau. incipien. prouide antedentes. in titu. de senten. excomm. in communibus. vbi dicit, quod idem est